

B
51



1006

1006

U

9/943

2m

Disputatio *MEDICA* Inauguralis ¹⁹

DE

ARTHRITIDE
FIXA

QUAM

Benigno DEO Benigniter annuente
CONSENSU & AUTHORITY EXCELLENTISSIMI
& GRATIOSISSIMI MEDICORUM

In INCLYTA HAC ERNESTINA ORDINIS,

Sub PRÆSIDIO

VI R I Nobilissimi, Excellentissimi atque Experientissimi

DN. JOHAN. GERHARDI
WINTHER,

Philosoph. & Medicinæ Doctoris, Hujus, ut & Physices
Professoris Ordinarii longè Celeberrimi, p.t. Facultatis
Medicæ DECANI Spectatissimi,

Dn. Præceptoris, Patroni ac Promotoris sui ætatem Venerandi,

Pro *L I C E N T I A,*

SUMMOS IN MEDICINA HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA rite consequendi

*Publico & Solemni MAGNIFICI SENATUS ACADEMICI &
aliorum Eruditorum Examine subicit*

In AUDITORIO MAJORI, horis ante & pomeridianis

Ad diem 16. Novembris, 1693.

JOHANNES WILHELMUS SEIBELIUS,

Lambshemio Palatinus.

RINTELII, Typis GODOFREDI CASPARI WÄCHTERI, Acad. Typ.



Plurimum Reverendo Doctissi-
moque VIRO
DN. JOHANNI
JEREMIAE SEIBELIO,

THEOLOGO SOLIDISSIMO, ECCLESIAE, QUAE
CHRISTO BREMAE IN AEDE ANSGA-
RIANA COLLIGIRUR,
CONCIONATORI VIGILANTISSIMO;
DN. Parenti suo medullitus deamando.

NEC NON

VIRO Spectatissimo atque Integerrimo
DN.

ANTONIO TÖPKEN,
CIVI AC NEGOTIATORI BREMENSI
FLORENTISSIMO, FELICISSIMO

DN. AFFINI suo plurimum honorando, dilecto:

DISPUTATIONEM hanc INAUGURALEM MEDICAM
debita observantia offert
JOH. WILHELMUS SEIBELIUS,
Lambshemio Palatinus.



JESU JUVVA.

Prooemium.

Inter omnes dolores, quibus miserum genus humanum cruciatur, nullus atrocior, nullus immanior, nullusque vehementior est & contumacior illo, quò miseri arthritici torquentur & exagitantur. Doloris hujus articularis causa contumax sæpè est, ut vix, imò ne vix quidem evelli & eradicari possit: Et cum omnes doloris species Opio, verè divino ac tutissimo illo anodyno sedari possint, hic solus ei cedere sæpè nequit. Tam altas malum hoc agit radices, ut hætenus nullis medicamentis potuerit evelli; unde jam ab antiquo Medicis Ovidiano illo proverbio

Tollere nodosam nescit Medicina podagram, illud solebat, nec sinè causa. Majores namque nostri causas ejus, ut ex sequentibus aliquo modo patebit, & per consequens veram ejus Curationem, medicamentaque verè convenientia omninò ignorarunt. Innumera quidem in orbe terrarum scripta de hoc malo volumina oberrant, nullus authorum verò rem ipsam tetigit, præter quosdam seculi nostri præ omnibus præcedentibus mirandorum experimentorum ingeniosissimorumque inventorum feracissimi Scriptores Medicos: Quos inter Willisius, Sylvius, Ettmüllerus &

A

Blan-



Blancardus mira præstitere: Quorum Ultimus ingeniosissimum de hoc affectu Tractatum conscripsit, quem hîc aliquo modo imitamur. Dum enim de abstrusa hujus affectus tum explicatione tum curatione cogitarem, rem non planè inutilem facturos nos esse credidimus, si **DISPUTATIONIS INAUGURALIS** loco affectum hunc paulò altiùs examinarem, & probarem, eum non ita incurabilem esse, ut quidem inscii credere malunt, quam inquirere; falsumque esse illud ridiculi Ethnici proverbium, quo calumniatores frivoli in Divinae nostrae Scientiae Medicæ dedecus, titillari solent, monstrarem. Omnia verò, ut ritè procedant, certâ & quidem sequenti methodo uti placet. 1. dabimus Nomen, 2. Definitionem cæteraque morbi hujus phenomena, 3. Partem affectam, unâ cum diagnosi, 4. Causas, 5. Prognosin, 6. Indicationes curatorias, 7. Curationem ipsam & denique 8. Dietam. Faxit verò **DEUS O. M.** ut omnes conatus nostri presentes cedant in Ter Sancti Nominis sui gloriam, proximi Arthritici ab insciis medentibus derelicti salutem ac levamen, nostramque propriam salutem!

CAPUT



CAPUT PRIMUM.

Nomen tradit.

§. I.



Omen dum aspiciamus, tot ejus variationes invenimus, ut enumerari vix possint: Quasdam variationes hinc apponemus: Non verò ac si affectum nostrum eis explicare animus esset, sed ut saltem monstremus, Majores nostros relictâ verarum causarum investigatione nominibus solis sæpè studuisse, quibus Studiosorum ingenia non nisi torquere quidam Doctores amant, infinitam eorum seriem tradendo: Sed quis tandem fructus! cum ad patientis lectum juniores practici accedunt, centum quidem morbi præsentis nomina ac definitiones sæpe dare possunt, causas veras interim & medicamenta idonea ignorant. Sed ad rem.

§. II. A parte affecta nomina suam sortiuntur originem, & quodlibet nomen ex duobus vocabulis Græcis conflatum est. Si malum est in pedibus, Podagra dicitur: Si in genibus, Gonagra: Si in manibus Chiragra: Si in articulatione cubiti, Pechiagra: Si in claviculis, Kleisagra: Si in humero, Omagra: Si in vertebrae Rachisagra: Si in cervice, Trachelagra: Si in articulis ossis coxendicis, Ischias: Si in maxillis, Siagonagra: Si circa gomphosin dentium, Odontagra. Nos uno nomine contenti, malum hoc Arthritidem seu morbum articulare nominamus: Semper enim articuli cruciatui huic locum dare tenentur, quod Arthritici omnes gemitibus & ejulatibus confirmant. Germanis dicitur: Das Podagra oder Zipperlein an Händen/ Füßen, &c. Sed missis his pergimus ad




CAPVT SECVNDVM.

Quod definitionem cæteraque morbi hujus phæmonena continet.

§. I. **D**efinimus arthritidem, quòd sit affectus, in quo maximos dolores sentiunt patientes circa articulos, unum scil. vel plures: Dolori acerbo accedunt tumor, rubor, æstus & tandem tophi, aliaque symptomata. Definitionem hanc nostram veram esse, ex omnium aliarum, quæ nostræ contrariantur, definitionum eversione facilè probare possemus, si tanta refutandi & examinandi authores, quanta investigandi ac describendi veritatem cupido nobis esset. Ne verò vanis, ut quidam solent, verbis gloriari saltem, dicere & non probare videamur, quasdam hîc examinabimus.

§. I I. In genere falsas omnes illas dicimus quæ sic incipiunt: Arthritis est dolor in articulis, &c. Nullus enim dolor est in articulis, qui solam doloris causam continent, quâ articulorum tubuli, præcipuè nervei variè afficiuntur, ut ex sequentibus patebit. Ab istis affectionibus, rosionibus puta ac distensionibus, varii ac insoliti fiunt motus, quibus ad animam delatis illa tristibus sensationibus afficitur, quas dolorem dicimus. Falluntur ergo definitores in eo, quòd motus, qui fiunt in corpore, cum actionibus animæ confundant, nescientes, quid corpori & quid animæ tribuendum sit.


§. I I I. Falsæ similiter sunt illæ definitiones, quæ Arthritidem definiunt, quod sit dolor à delapsu humorum ex capite, liene, hepate, &c. Dolorem, quoad formalem suam rationem non in articulis esse, sed solam animam dolores sentire, jam diximus. Secundum quod attinet, sponte definitionem illam corruere videmus, post inventam circulationem
onem



onem sanguinis, cujus inviolabilis lex nos docet, nullos succos à capite ad subjectum corpus deferri, præter sanguinem ad cor per venas, lympham ad venam subclaviam, ubi illa à capite, collo cæterisque partibus superioribus sanguini confunditur, per vasa lymphatica, & succum nervosum, quem vulgò dicunt spiritus animales, per nervos ad diversas corporis partes. Eadem lex nos docet, nihil ex hepate effluere præter sanguinem per venas ad cor; bilem, per ductum biliarium ad tenue intestinum, & lympham ad receptaculum chyli: Ex liene quoque nihil effluit, præter sanguinem per venas ad cor, & lympham ad receptaculum chyli, quod ultimum & primarium lienis officium est, secundùm incomparabilem Bontekoe. Ex hoc capite similiter, quod tamen obiter notamus, corrumpit illa de melancholiæ per arterias hæmorrhoidales evacuatione sententia. Adde his, nullum morbum oriri ab influxu humorum, sed potiùs ab obstructione, sive denegato succorum in partes influxu debito.

§. I V. Willisii sententia quoque falsa est, quæ definit Arthritidem, quòd sit dolor circa articulos ab effervescencia, quam in succis circa articulos subsistentibus oriri credit, &c. Dolorem non in articulis, sed in anima esse, jam diximus: De Effervescencia, quæ Willisium hoc seculo summum patronum nacta est, quid sentiamus, in sequentibus dicemus.

§. V. Ne verò Aliorum definitionibus tempus tere re videamur, nostram breviter probabimus. Affectum vel morbum esse Arthritidem nemo negabit: Et cum alii partibus corporis dolorem tribuant, nos locum doloris ita descripsimus, ut quisque facilè videre possit, nos soli animæ omnem omnium dolorum sensationem tribuere, utpote quæ sola sentit. Dolorem circa articulos sentiri, omnes arthritici affirmant, & quidem frequentibus gemitibus. Tumores, ruborem, tophos &c. quisque videt. Solent authores causam, eamque ut credunt proximam definitioni su-



peraddere, nos verò de causis in sequentibus agemus. Quare pergimus ad phænomena, quæ morbum hunc atrocem vel sæpe vel semper concomitantur.

§. V I. Semper intermittens est Arthritis, id est, per paroxysmos, eosque vel vagos vel periodicos invadit. Quamdiu durent paroxysmi, non ita certe definiri potest, in quibusdam enim breves sunt, in quibusdam verò longi: In illis tardè, in his verò citò redire solent. Extra paroxysmum alii benè valent, & interdum res suas agere; alii econtrà ne digitum quidem flectere vel stare possunt. Interim tamen quocunque paroxysmi modo invadant, semper eis finitis intervalla sat lucida & levamen manifestum arthritici solent sentire. In principio dolores saltem sentiuntur, non tamen statim cum tumoribus, sed hi in progressu elevantur, cum rubore, rarò cum livido colore, donec in nodos [ac tophos diversâ materiâ opletos, abeant.

§. V I I. Materia hæc interdum fluida, interdum gypsea aut tophacea & friabilis, ut plurimum alba, rarò cineritia & subflava est. Materia hæc gypsea aut tophacea per retortam destillata spiritum dat, qui medium tenet inter spiritum Salis armoniaci & tartari ex *Kerkringii* experimento.

§. I I X. Accedit Febris nunc gravior, nunc levior, quæ interdum diem unam præcedit dolorem, plerumque cum eo simul invadit. Incipit hæc febris cum levi horrore seu rigore, qui in æstum tolerabilem desinit. Adest sitis continua, & appetitus famis sæpè dejectus. Febris hujus præsentiam arguunt urina rubicunda & aliquantum foetens, quæ ante invasionem clarior est, quàm aliàs, sicut in nephritide & colica observari solet: Pulsus celerior qui ingravescentibus febre ac doloribus concitator, iis remittentibus verò iterum tardior fit.

§. I X. Morbus hic non solùm viros, ut Hippocrates, Fernelius & alii putant, sed & mulieres, infantes & Eunuchos



nuchos invadere solet. Potuerunt quidem Hippocratis temporibus mulieres, infantes & Eunuchi à malo hoc immunes fuisse, sed hodiernus vivendi modus morbos & frequentiores & vehementiores facit, ut id ex modernorum scriptis quàm lucidissimè patet. Mulieres, quæ olim sobriè vivebant, nunc eodem ac viri modo vino ac crapulâ deditæ sunt: Unde non mirum, quòd iisdem cum viris affectibus vexentur. Infantes ab arthriticis parentibus nati hæreditario jure hòc malo laborant, quia omnes eorum partes in utero ita formantur, ut sunt in parentibus arthriticis. Imò mater vel ex solo adspectu frequenti mariti arthritici fœtui affectus hujus rudimenta imprimere potest. De Eunuchis eodem ferè ac de mulieribus modo sentiendum. Tandem Arthritis alia est fixa, de qua hîc agimus, alia vaga: Hæc ab illa differt, quòd doloris causa non in uno loco fixa hæreat, sed hinc inde oberret. Cæteræ differentiæ petantur ex dictis. Pergimus ad

CAPUT TERTIUM.

Quod de parte affecta & signis diagnosticis agit.

§. I. **I**N partis affectæ descriptione Authores valdè variant. Quidam partem immediatè affectam ossa, quidam periostium, quidam ligamenta, quidam cartilagine, quidam musculos, quidam membranas, dicunt. Has verò sententias cum Clarissimo Blancardo omnes rejicimus. Ossa non sunt partes immediatè affectæ: Hæc namque affecta nullo modo tantos dolores causare possunt, quanti sunt dolores Arthriticorum: Nec periostium; hoc enim ossa non solum in principio & fine obducit, sed & in medio: Si verò esset pars immediatè affecta, æque in medio posset affici, ut in scorbuto & lue venerea, ac in principio & fine. Sed contra-



trarium observatur. Nec ligamenta nec membranæ: Hæ partes enim vulneratæ aut disruptæ nunquam tantos dolores inducunt, quantos Arthritici sentiunt; quod & de cartilaginibus & musculis sentiendum. Adde quòd obstructio, quæ fortè in musculis contingit, in tumorem, qui suppuratur interdum, abeat quidem, nunquam verò hoc in Arthritide fit, ubi tumores nunquam suppurantur aut saltem rarissimè, ut plurimum enim in nodos ac tophos abeunt.

§. I I. Non tamen negamus, partes jam enumeratas in progressu quoque lædi, sed secundariò, ut ex sequentibus patebit.

§. I I I. Placet ergò illa Blancardi sententia, quæ tendines primariò affici probat verbis sat perspicuis, quæ, quia in Tractatus Ejus de hoc affectu ingeniosissimi cap. 3. §. 6. 7. 8. & 9. legi possunt, hîc non repetimus, sed ad signa hujus morbi diagnostica pergimus.

§. I V. Dignoscitur quàm facilimè, partim ex patientis gemitibus, quos ei atrocissimi dolores exprimunt, partim ex tumoribus, rubore, tophis, aliisque antea recitatis symptomatibus.

CAPUT QUARTUM.

Causas morbi & symptomatum explicat.

§. I. **H**As dum consideramus, apertum est, majores nostros in perscrutandis eis admodum segnes fuisse. Tanta opinionum diversitas, quantus authorum numerus ferè se offert. Galenus cum turba sua causam hujus mali ponit in vaporibus ex ventriculo in cerebrum elevatis, ibidem in guttas condensatis & inter carnem & cutem aliasque vias imaginarias ad articulos delapsis. Hoc nobiscum negat Tachenius in tract. suo, *morborum Princeps* pag. 180. Et quisque falsissimam esse hanc sententiam videt facile:

Nullus




Nullus enim Anatomicorum vel oculatissimus viam potuit invenire, per quam vapores ad caput adscendere, multo minus, quomodo ibi condensari, condensati verò ad articulos depluere possint. Confer. huc capitis 2. §. 3.

§. I I. Falsam hanc opinionem corrigere volens Senertus, æque erroneam protulit dum non à capite, sed ab hepate, liene, aliisque visceribus defluxum hunc fieri narrat: Sed & hanc supra cit. §. refutavimus. Alii cibus & potibus salia tartarea inesse credunt, & ridiculè providam naturam ea ad articulos, tanquam partes remotas ignobiliores, ne pars quædam princeps lædatur, amandare. Sed ad insulam cum ejusmodi ineptiis. Tartarus inter optima medicamenta facilè primum, nunquam cuiquam nocuit, imò verò acidum in cibus & potibus malum hoc inducit, ut ex sequentibus patebit.

§. III. Possemus quidem hoc loco quædam de figmento illo ethnicorum, ignorantiaæ asylo ac Deastrâ, cui medentes litare solent, stulta sc. ac ridicula NATURA addere, nisi tempori & chartæ parceremus. Nos quod attinet, infinitas Deo gratias debemus, quod à tantis tenebris & ineptiis duce Medicorum omnium Principe incomparabili Bontekoe, liberos nos esse voluerit, cui soli illa gloria debetur, quæ hæctenus idolo illorū Ethnicorum idololatrarum tradita est. DEUS enim, qui solo nutu ac voluntate omnia agere potest, tali fictitiâ virtute auxiliatrice, quæ nefariè ceu Deastra quædam Omnipotenti DEO à latere ponitur & NATURA dicitur, minimè indiget. Et si misera & impotens natura non melius humores ordinare scit vel potest, quam hîc facit, sanè vilis est & nihil valet. Nam si tanta talisque esset, quanta qualisque à medentibus, ministris suis, deprædicatur, æquè facilè salia illa forâs per poros cutis, quos mediante sua virtute apertos tenere dicitur, ut transpiratio insensibilis sit libera, eliminare posset. Unum adhuc quærimus: Si sententiæ hujus autores hæc nescivissent, quid quæso tecis-

B

cissent?



cissent? Ipsi respondemus: Nisi totam suam doctrinam naturæ credidissent, in investigandis causis diligentiores, & spretâ authoritate naturæ in inquirenda veritate attentiores fuissent. Sed ad rem.

§. I V. Alii bilem, alii melancholiam, alii nescio quam miscellam humoris pituitosi & biliosi ad articulos delapsi accusant: Omnes verò falsò. Paracelsus synoviam ab acido vario hinc inde exaltato vitiatam ut proximam causam accusat, quod ipsi negamus. Non verò negamus synoviam quoque vitari in progressu, sed secundariò, & quidem à causâ nostra proxima, quam in sequentibus dabimus.

§. V. Willisus effervescentiam accusat, sed falsò: Videmus quidem ex alcali & acidi confusione orientem effervescentiam, sed ut citò illa & cum impetu oritur, ita citò quoque cessat; Cujus contrarium hîc videmus. Porrò materia effervescens durante effervescentiâ majus occupat spatium; eâ verò cessante in pristinum redit statum, cujus contrarium iterum hîc observamus: Nunquam enim tumor, qui ab effervescentia oriri dicitur, finitâ ea detumescit, sed diutius manet, quam effervescentia unquam duravit. Plura contra hanc Willisianam Effervescentiam qui cupit, sæpè laudatum Blancardi tractatum de arthritide legat. c. 4. Ubi simul Sylvianam de bile & succo pancreatico sententiam confutatam videbit.

§. VI. Ne verò disputationem nostram alienarum opinionum refutatione implere velle videamur, pergimus ad propriam nostram sententiam, quam verissimam esse, donec contrarium probetur, affirmamus.

§. VII. Ubi verò, Tibi, L. B. causas obscuras non tradimus: Non tartareos salinos minerales vel acidos liquores hinc indè exaltatos, ut Paracelsus Tibi ad nauseam usque propinabimus. Non Tibi hic Archeum irritatum vel similes ineptias depingemus, sed invictam Tibi veritatem monstrabimus: Causas dabimus verissimas, certissimas, easque prin-



principiis infallibilibus magni Cartesii nitentes, cum probationibus sufficientibus.

§. II X. Initium dabunt causæ externæ & remotæ: Has diætæ tradet accurata descriptio; unde quisque videre poterit, pauperes rarissimè hoc affectu laborare, sapissimè verò divites & delicatulos homines, qui ut plurimum modo jam describendo vivunt.

§. I X. Delicatuli igitur homines inordinatæ diætæ dediti sunt. Domi degunt in aëre calido, qui tamen, si modum non excedit, nihil nocet, mox verò in aerem frigidum se conferunt, ubi subito refrigerantur; Unde, si præterea contra frigoris impetum vestimentis non satis muniti sint, habitus corporis rursus constringitur, sanguis valde alteratur, coagulatur, grumescit, & si reliqua diætæ errata accedant, acescit. Quando motibus validis, v.c. equitando, venando, currendo, saltando &c. corpus exercent, fit, ut sanguis coagulatus cum impetu cogatur per omnia vasa; unde transpiratio, aliàs insensibilis, sensibilis adeo, ac manifesta rursus fit, ut sanguinis pars tenuis in auras avolet, crassior verò remaneat: Inde lassii domum redeuntes, supinæ quieti rursus indulgent, æstumque sanguinis ex motibus istis contractum restinguere conantes, vinum frigidum & simul acidum immodicè ingurgitant; hinc sanguinis coagulatio & grumescencia valdè augetur: Esurientes cibis utuntur merè delicatis, iisque partim boni succi & salubribus, partim verò mali succi, ex qua commixtione variorum diversæ indolis ciborum necessariò malus generatur Chylus, qui ad huc peior fit, quando rursus potum vitiosum superingurgitant. Sed his non contenti delicatuli homines vino ac commensationibus noctes diesque indulgent, undè somnus præter alia mala, quæ sibi hocce vitæ genere accersunt, præpeditur, vigiliæ protrahuntur, ex inde succus nervosus viscidus & acris fit: Saepèque fit, ut excernenda retineantur, & retinenda excernantur. Cumque tandem eorum mens ut-





plurimum sit otiosa, ad iram, invidiam & similia fortiora animi pathemata proclives fiunt, quæ hujus infausti foetus generationi obstetricantur.

§. X. Et hæc est delicatulorum hominum diætæ descriptio, plerumque malum hoc præcedens. Hæ sunt causæ, quæ affectus hujus primordia plerumque dare solent. Reliquas Arthritidis causas iterum desumimus ex sex rebus non naturalibus dictis.


§. XI. In harum classe stat aër nimis frigidus, vel nimis calidus: Ille, quatenus succos nostros coagulat, & quasi congelat, simili modo, quo jus carniū frigido aëri expositum in gelatinam abit: Hic verò quatenus transpirationem insensibilem ita auget, ut sanguinis pars tenuis in auras avolet. Aër Autumnalis & Vernalis arthriticis valde nocere dicitur, quia iis temporibus valde inæqualis est, ob inæqualem & mutatum materiæ subtilis influxum. Cibum omnes acidi, dyspepti, viscidi & quovis modo vitiosi; quò referri debent fructus horæi immaturi, ac maturi quoque, si immodicè capiantur. Sic & omnia saccharata tam alimenta, quam medicamenta, v. c. condita, conservæ & confectiones omnes. Inter potûs genera malè audit omnis cerevisia acida, non satis fermentata. viscida & vappida: Vinum acidum, austerum, immaturumque, cujus generis est vinum quoddam Rhenanum, Mosellanum, Metense, Gallicum quoddam, Hassiacum & simile. Nec non omnes emulsiones saccharo edulcoratæ, omnia julapia, apozemata & similia Galenicorum tela mortifera, quibus, pharmacopolia ad summam nauseam usque, repleta sunt. His adde purgantia, sirupos, Electuaria & similia pharmacopæorum stercora. Item acetum omnis generis: Succos ex pomis Citriis, limonibus & similibus expressos. Cætera jam in præcedentibus dedimus, & in sequentibus dabimus. Immodicum Veneris exercitium causam hujus morbi augere impensè, secundum illud: Venus mater, Bacchus pater &c. liquidum est, Eo enim sanguis mul-



multas particulas volatiles perdit, quæ antea motum ejus potenter promovebant. Cæteræ quæ restant (causæ, legi possunt in doctissima disputatione de Arthritide, quam sub Præsidio Nobilissimi atque Excellentissimi Domini Præsidis habuit Christophorus Ballweck. Sed hæc de causis externis & remotis dixisse sufficiat, pergimus ad causam nostram proximam.

§. X I I. Causa primaria, ut in cæteris hujusmodi morbis omnibus est sanguis vitiosus, in hoc nostro affectu acidus, coagulatus & viscidus. Hinc derivatur causa, quam nos dicimus proximam, nempe succus nervosus, qui acidus & viscidus per glandulas cerebri secernitur à sanguine acido & viscido. Succus hic, qui aliàs tenuissimus est, & cum impetu & velocissimè fertur per omnes totius corporis partium nervos, in hoc affectu adeò viscidus est, ut ne quidem tardè per nervos ac tendines ferri possit, propter visciditatem, quâ scætet.

§. X I I I. Succus hic nervosus visciditate suâ obstruit tendines circa articulos ita, ut per eos circulari planè nequeat, sed in eis subsistere cogatur: unde successu temporis magis magisque acescit, id est, multæ in eo colliguntur & generantur particulae acidæ, quæ, quia à materia subtilissima vehementer agitantur (non enim materiae subtilissimæ amplius per eas liber datur transitus) tendines invadunt, eosque indefinenter vellicant, rodunt, ac tandem corrodunt: Hinc crispaturæ fibrarum tendinosarum ac nervosarum dolorificæ ortæ & ad animæ sedem protelatae molestissimam perceptionem! seu dolorem atrocem excitant. Dum verò tendines ita roduntur, indefinenter à tergo novus succus nervosus affluit, qui, quia per tendinem obstructum fluere nequit, similiter subsistit: Unde tandem tendines valdè distenduntur, & sic tumor oritur, qui primò parvus est: Cùm verò ab eo vasa adjacentia simul premantur, ut succi per



ea ritè fluere nequeant, sed similiter subsistant, fit, ut sic valde augeatur hic tumor.

§. X I V. Tumorem hunc sapissimè comitari solet rubor, cujus causa hæc est: Dum vasa circa articulos omnia ita distensa sunt à pressione succorum, impossibile est, quin vasa sanguifera simul premantur, unde, quia per arterias pressas plus sanguinis affluit, quam per venas transire potest, fit, ut omnes earum ramificationes distendantur, quæ sic sanguine turgidæ ruborem præ se ferunt.

§. X V. Æstus ruborem comitari solet, qui oritur partim à rapido illo dictarum in tendinibus particularum motu, partim à sanguine arterioso, qui admodum tardè hîc fluit. Non enim arterias ità à pressione illa obstructas esse dicimus, ut sanguis per eas fluere planè nequeat, sed moveri eum, quamvis tardè saltem, scimus. Si enim sanguis planè hîc hæreret, & in motu suo progressivo non pergeret, necessariò ad suppurationem tumor vergere tandem deberet; Sed quia contrarium in arthriticis tumoribus accidit, firmior nostra sententia est, quæ succum nervosum causam proximam esse cum Blancardo contendit.

§. X V I. Quando tumor hic diu miseros arthriticos miserè exagitavit, fit interdum, ut abeat, idque hæc ob rationem: quamvis enim succi dicti aliquamdiu circa articulos stagnarint, tandem tamen à motu isto particularum vehementi iterum resolvuntur, fluxilesque redduntur; unde per vias solitas defluunt, & ad loca debita pergunt: Succus nervosus scilicet unà cum lymphâ per vasa lymphatica ad receptaculum Chyli, sanguis verò per venas ad cor: Non verò diu absens tumor manet, sed quia prior paroxysmus altas sui radices reliquit, facilè novus generatur.

§. X V I I. Quando verò succi illi nec resolvuntur, nec ob nimiam viarum obstructionem defluunt, sed subsistant, tunc planè corrosivi fiunt, ac vasa, membranas, ligamenta, periostium & ossa, cum cartilaginibus, cæterisque

par



partibus adjacentibus invadunt, & afficiunt, ut dicetur.

§. X I I X. Succij hi instar aquæ fortis corrosivi, primò vasa continentia, tendines scilicet &c. erodunt. dein, quando ex corrosis effluerunt, & sævitiâ suâ membranas penetrârunt, tunc acidis suis particulis vasa & partes circa articulos existentes, ac ipsum alcali ossium adoriuntur. Quod dum à materia subtilissima motæ particulæ acidæ destrunt, oritur lucta, quæ nodos efficit in tophos semper degenerantes.

§. X I X. Siquidem fermentatione perdurante aut iteratò excitatâ non solum membranæ, vasa & ossa consumuntur & corroduntur, sed tandem quoque generatur materia primò quidem fluida aliquo modo, sed particulis gypsi aut calcis referta; Unde luctâ illâ denuò excitatâ, dum novum acidum indefidenter generatur & affluit, materia hæc amplius spatium requirens cutem distendit, & poros laxiores facit; inde fit, ut particulæ aquosæ residuæ in auras avolent, & materia gypsea aut calculosa saltem remaneat, hinc tophi. Tophis vel spontè vel arte apertis, calx vel gypsum conspicuum fit, in magna sæpè copia. Simili ferè modo hæc calx fit, quo tartarus Vitriolatus ex salis tartari & Spiritus Vitrioli confusione, undè effervescentia oritur, quâ finitâ humores evocantur, ac sal in fundo remanet.

§. X X. Arthritis semper cum feбри invadit. Hæc oritur à coagulatione sanguinis, de qua suprâ. Sanguis enim coagulatus per angustos tubulos seu fibras musculorum, ex arteriis nempe, ad venas debitè circulari nequit, hinc pro vehementia coagulationis majore vel minore frigus intensius vel remissius oritur: Quod tamen diu durare non potest, nam pressio globulorum cœlestium, quæ in frigore prædominium habet, tandem rapido materiæ subtilissimæ transfluxu cedere cogitur, quæ per omnes partes corporis particulas acidas cum impetu secum rapit, hinc succedaneus æstus. Cumque ab acido illo cor & arteriæ valdè
irriten



irritentur & convellantur oritur pulsus frequens: Febris enim secundum magnum Bidloo nihil est aliud, quam cordis, arteriarum & partium annexarum Epilepsia seu motus convulsivus, qui non à repletionem, sed ab aciditate succorum fit, unde sanguinis circuitus inæqualis, & ex toto tardior fit, licet in quibusdam locis concitator appareat.

§. X X I. Febri juncta est sitis continua, quia à sanguine coagulato nulla vel pauca saliva per glandulas oris salivales secerni potest, quæ ori faucibusque humectandis sufficere possit.

§. X X I I. Quando fermentum in ventriculo aut nullum, aut vappidum secernitur, appetitus dejicitur. Nam lymphâ salino acidâ deficiente, orificium sinistrum ventriculi ritè stimulari & sic fames excitari nequit. Hæc de causis dixisse sufficiat; cætera enim symptomata ex dictis explicatu facillima sunt. Restat solum reddenda ratio, cur per paroxysmos, eosque interdum vagos, interdum periodicos hoc malum invadat, & cur quidam post paroxysmum res suas curare possint, & incolumes videantur, quidam verò ne pedibus insistere quidem, nec digitos flectere possint?

§. X X I I I. Ad primam quæstionem sic respondeamus: Diximus causam proximam latere in succo nervoso acido & viscido; hic, dum in tendinum angustis meatibus hæret, planè acescit, id est, multæ in eo generantur particulae rigidae utrinque acuta ac scindentes: Hæ particulae aliquandiu in alcali tendinum firmum & tenax agentes illud rodendo ac scindendo, acumina sua & cuspides infringunt, & abruptis apicibus per continuum motum à materia subtilissima impressum, ad quietem redeunt; Et sic cessat paroxysmus, qui non redit prius, quam nova & sufficiens ad paroxysmum inducendum particularum acidarum quantitas collecta & generata sit. Vagè invadere solet paroxysmus in illis, qui inordinatè vivunt: Periodicè in illis, qui quidem ordinatè, sed malè tamen vivunt: Et quo



quò pejora patientes alimenta assumunt, eò citius redit paroxysmus.

§. X X I V. Arthritica materia in quibusdam & copiâ & qualitate ità peccat, ut distrahat articulos, vasa scilicet valdè distendendo, ut luxatio sæpè adesse videatur; hinc est, quòd quidam nec stare, nec digitos flectere possint; contrarium accidit in illis, qui res suas curare possunt. His explicatis pergimus ad

CAPUT QUINTVM.

Quod de prognosi breviter agit.

§. I. **P**rognosin quod attinet, nunquam morbus hic lethalis est, sed miseros in canam ætatem usque, cum arthritici ut plurimum vivaces sint, excruciat & exagitat. Hæreditarius incurabilis habetur ut plurimum. Arthritis, quæ saltem in tophos nondum degeneravit, curari non ità difficulter potest. Nodi difficillimè curantur, ob multa vasa rupta, quæ rarò consolidari iterum possunt.

§. II. Non tamen illum deserimus, cujus articuli calculosa materia referti sunt, quamvis enim perfectè curari, ut alii nequeat, cura tamen palliativa solamen ei dabit.

§. III. Interdum mutatur in colicam, nephritidem, passionem hypochondriacam & similes morbos, sicut interdum ex iis provenit. Ver & autumnus nocent. Interdum Asthma vel quartana superveniens dolores tollit, sed non semper. Dolor nunquam atrocior est, quam si in lumbis & dorso causa ejus resideat, propter frequentes nervos. Manus & pedes ut & genua invadit ut plurimum hic morbus, quia præ cæteris aëri expositæ sunt hæ partes. Sed quia prognosis nec multum juvat, nec firma adeò est, ut non sæpè, imò sæpissimè fallat Medicum & patientem, prolixiores in ea non erimus, sed nos conferemus ad

C

Caput



CAPVT SEXTVM.

Quod Indicationem curatoriam & medica-
menta præcipua tradit.

§. I. **I**ndicationem curatoriam talem damus. Imò. Sanguini & succo nervoso motus & vigor pristinus restituendus, per causarum remotionem, ut ità 2dò materia circa articulos eò facilius fluxilis reddi & tumores discuti possint. Medicamentis his simul talia addi debent, quæ 3tiò dolorem sedant. Hæc dum ita fiunt, simul 4to symptomatum curata ratio habenda est.

§. II. His omnibus in Curatione tradenda satisfacere, quantum possibile est, studebimus, & quidem medicamentis selectissimis sequentibus, desumptis ex triplici regno, vegetabilium scilicet, mineralium & animalium.

§. III. Medicamenta secundum ordinem ità apponimus.

RAD. alth. apii, angel. bard. seu lappæ maj. contrajerv. galang. gentian. glycirrh. helen. seu enulæ camp. Imper. seu ostrut. lil. alb. ononid. petas. phu seu valer. scorzon. falsæparill. Zedoar. Zingib. &c.

CORTIC. Aurant. cinamom. Citr. guajac. Winteran.

LIGN. Guaj. sassafras, Juniperi.

HERB. & FOLIA Absynth. alth. Cent. min. Cochlear. dictamn. Cret. hyper. major. malv. melilot. orig. pulg: rosmar. rutæ. Salv. Scord. THEE, verbasc. violar. Nicot. huc quoque pertinet MOXA &c.

FLORES chamom. CROCI OR. lavend. melilot. rosmar. MACERIS, sambuci.

SEMINA anis. Cardom. utriusque, cubeb, cumin. fænic. lin. fænugr, hord. fabar. tabac. &c.

Fructus



FRUCTUS : Amygd. d. bacc. junip. laur. Caryoph. ficus, nux mosch.

FARINÆ rad. alth. fabar. fænugr. hord. lini, tritici.

SUCCI & GUMMATA &c. alöe luc. succotr. ammon. bals. peruv. Copayv. CAMPHORA, lacca, mastix, myrrh. OPIUM, resin. pix. naval. cera, thereb. fang. dracon. hirc. Succin. Thus, Tartarus Sapo Ven.

PARTES ANIMALIUM: bezoar. Or. lap. cancr. chel. cancr. Cantharid. CASTOREUM, cera, C. C. ebur, SPERMA Ceti, adeps quorundam animalium.

MINERALIA, METALLA, TERRÆ, &c. Antim. mercur. ac parata ex his, bolus Armen. limat. mart. & alia ex marte, Cinnab. SAL ARMONIACUM, nitium, terr. sigill.

MARINA : Ambra gryf. corall. alb. & rubr. margarit.

COMPOSITA: spir. cochlear. C. C. salis armon. urin. Tartari, Tart. Chalybeat. Vitriolat. Sal. absynth. Sal volat. C. C. succin. aromat. Tinct. Tart. Croc. aq. cinam. Theriac. comp. ol. cinam. &c. olea destill. Elix. propr. P. & cætera salia & Spiritus volatiles omnes.

AQUA ANTIARTHRIT. quam vide' c. 7. §. 2. ol. Tabac. ceræ: Empl. de sapon. Tabacin. de camph.

§. IV. Et sic habemus congeriem medicamentorum præcellentissimorum, ex quibus varia composita, tam externa, quam interna fieri ab erudito Medico possunt. His ergo præmissis pergimus ad

CAPVT SEPTIMVM.

Quod de Curaticne hujus magni mali agit.

§. I. **C**uratio duplex est: Altera instituitur in paroxysmo, altera extra eum. Illam nunc
C2 aggre-



aggredimur; ubi hæc duo observanda prudenti & ad ægrotum arthriticum vocato Medico veniunt. Imò. dolores sedandi, utpote quibus maximè exagitantur miseri arthritici. 2do febris pellenda cum symptomatibus eam concomitantibus.

§. I I. Ad dolores sedandos medicamenta tam interna quam externa adhibentur. Internè propinanda est hæc vel similis MIXTURA. ℞. Spir. Cochlear. Samb. ana ℥ij. lap. cancr. Antimon. diaph. ana ℥ij. Croc. camph. ana ℥s. Opii præp. gr. vi. Vini hispan. ℥vj. Misce. Hæc mixtura potenter dolores lenit, dum acidum, causam doloris absorbet, & crispaturam tendinum demulcet, si detur cochlearim & sæpè. Externè FORTU sequenti articulus fovendus est. ℞. ▽. Theriac. comp. Spir. Samb. ana ℥iij. Croci or. ℥jß. Camph. ℥ß. Opii ℥i. Spir. sal. armon. ℥j. M. Hoc fotu si articulus fovetur, primò quidem dolores adeo augentur, ut intolerabiles planè videantur, quod tamen indubitatum nobilissimi hujus medicamenti, quod multi ob miram excellentiam, quâ verè gaudet, inter arcana sibi reservarent, signum est: Nam materia subtilissima, quæ continuò per articulos, ut per cætera corpora omnia, rapidè fluit ac movetur, medicamenti hujus particulas, quæ omnes tantæ sunt parvitatæ, ut facilè poros cutis subire queant, secum ad interiora rapit, ubi vim suam exerunt quàm potentissimè, materiam scilicet movendo; hinc dum eo impulsu particulae acidæ adhuc vehementius moventur, tantus dolor oritur. Non verò durabilis est, sed mox evanescit. Nam particulae medicamenti hujus verè præstantissimi, quæ motum materiae subtilissimæ propter maximam suam volatilitatem facillimè sequuntur, non solum materiam peccantem incidunt, acidum destruunt, &c. sed & particulis vitiosis onustæ materiam subtilissimam sequuntur, & sic omnem materiam peccantem partim educunt, partim ad ulterius malum perpetrandum ineptam faciunt, ac etiam juvant, quatenus succorum circulationem promovent per vias debitas.



bitas : unde dolores cessant , quia nullæ particulæ roden-
tes circa articulos remanent, si modò sæpè foveantur. Hanc
compositionem tantarum virium esse scimus, ut omnia phar-
macopæorum Emplastra, Cerata & Unguenta rideat.

§. III. Post hujus fatus usum imponitur cataplasma com-
ponendum ex herbis, radicibus, seminibus &c. emollientibus &
anodynis in præcedentibus copiosè recitatis , quibus semper
CAMP H O R A, incomparabile ad omnes ferè morbos me-
dicamentum, O P I U M, divinum illud ac tutissimum, quic-
quid alii verum ejus usum & vires innumerabiles ignoran-
tes dicant, anodynum & sudoriferum, C R O C U S & spiritus
S A L I S A R M O N I A C I adduntur. M O X Æ candelæ seu
globuli quidam supra vel circa locum affectum accensi, &
aliquoties repetiti mira hîc præstare experientiâ suâ pro-
bant Chineses. Est verò Moxa aliud nihil, quàm lanugo,
qualis artemisiæ nostræ adhæret, & scalpello abraditur. Si-
mile faciunt oleum ceræ, seminis tabaci & similia, Febris
curationem in cæterorum symptomatum curatione trade-
mus. Quare nunc pergimus ad curationem , quæ fit extra
paroxysmum.

§. IV. Hæc iterum duplex est. Altera absolvitur
Medicamentis convenientibus, altera verò diætâ laudabili.
Illam nunc aggredimur, ubi Indicationibus satisfaciendum
erit. Fallitur verò, qui præmittenda à nobis expectat, uni-
versalia ita vulgò dicta, purgantia scilicet, venæsectionem,
scarificationem & similia : Non enim videmus, quid hæc
omnia ad curationem nostri affectus facere possint, dum ex-
perientiâ & ratione probantibus, malum augent. Interim
vomitorium in principio ad educendam visciditatem aci-
dam ventriculum fortè obducentem, exhibitum non impro-
bamus.

§. V. Primæ indicationi ut satisfiat, talia in usum
vocanda sunt medicamenta, quæ viscidum incidunt, acidum
absorbent, sanguinem & per consequens succum nervosum



volatilem reddunt. Hoc præstant medicamenta alkalia tam fixa, & terrestria, quàm spirituosa ac volatilia omnia, quæ inter excellunt, lap. cancr. chel. cancr. terr. figill. corall. C.C. sine igne calcinatum, Tart. vitriol. Sal absynth. tart. spir. Cochlear. salis armon. C. C. Tinct. tart. Viganii, Camph. crocus & opium. Item aromata omnia, v. c. Cinnamon. macis, Carioph. N. mosch. Cardomon. galang. &c.

§. VI. Dabimus hic descriptiones duas, alteram pulveris absorbentis & sudoriferi, alteram mixturæ, cujus vires tantæ sunt, ut vel sola pessimum morbum curare possit. PULVIS fit hoc modo: ℞. lap. Cancr. chel. cancr. corall. rubr. ana ℥ij. Succini ℥i℥. rad. contrajerv. sal. sapor. ana ℥j. Off. de corde cervi, vel quod idem facit C.C. sine igne parat: Antimon. diaph. ana ℥℥. Camph. ℥ij. M. & habebis pulverem singularissimum, cujus dosis erit à ℥℥. ad ℥i℥. Ter de die sumi debet dosis hujus pulveris, prima manè in lecto, quâ sumptâ post haustum unius vel alterius poculi DECOCTI THEE calidi ad sudorem componere se poterit æger: Altera sumitur à meridie, tertia vesperi, utrâque vice cum jusculo carnis, vel poculo decocti Thee, vel haustu decocti §. IO. descripti. MIXTURA fit hoc modo: ℞. Aqua Theriac. comp. cujus descriptionem dedit Chymicorum Optimus LE MORT in Pharmacia Medico. Physica, p. m. 146. Spir. cochlear. ana ℥iv. spir. C.C. Tart. salis armon. ana ℥ij. Salis volat. C.C. Salis Tartari ana ℥i℥. Camphor. ℥℥. M. & habebis medicamentum nulli cedens. Cætera, quæ hîc desiderantur diæta dabit, quæ ritè præscripta & observata optimè & potenter huic malo mederi potest.

§. VII. Pergimus ad secundam indicationem tumoris discussionem respicientem: Sed hîc nodus Gordius, cujus solutio majoribus nostris impossibilis fuit Nobis igitur incumbet monstrare & probare, illam non adeò impossibilem esse, ut quidam Authorum Medicorum hætenus putârunt.


§. VIII.



§. V I I I. Ex dictis patet, materiam tumore contentam esse acidam & viscidam. Hoc, quia majores nostri nesciverunt, aut quia defluxionibus, quaternioni humorum, temperamentis, facultatibus aliisque ejusdem farinae ineptiis, quæ post inventam circulationem sanguinis veris Medicis sordent, doctrinam suam superstruxere, scire neglexerunt, indeque vera Medicamenta invenire quoque non potuerunt. Extant hinc inde supra centena millia descriptionum Emplastrorum, ceratorum, unguentorum, linimentorum, cataplasmatum, oleorum coctorum, tam simplicium quàm compositorum &c. quæ omnia composita, si in corpus unum sive massam unam coqui & cogi possent, multò citius murum, quo urbs quædam cingi posset, darent, quàm verum medicamentum antiarthriticum.

§. I X. Nos verò curam certissimam, præsentissimam, & juvante Deo, medicamentorum verè convenientium datore & inditore benignissimo, infallibilem dare hinc studebimus. Cumque à peccante acido viscido circa artculos hærente, ut supra ostensum est, tumores aliaque symptomata inducta sint, hoc acidum ergò removendum est temperantibus, eluentibus & dein per diaphoresin eliminantibus &c. Viscidum verò, incidentibus, resolventibus, emollientibus, & vel per vias debitas reducentibus, vel extra corpus educantibus.

§. X. Omnibus his satisfacimus procedendo sic: Patiens nudus, exhibito prius absorbente & sudorifero ex antimonio diaph. lap. cancr. corall. camph. croc. & opio cum aqua Theriacali compos. & Vino Hispan. q. s. parato, supra sellam collocari & stragulo sat magno totus sterni debet; dein' sellæ, quæ foraminosa utrinque esse debet, supponatur in vase spiritus vini accendendus, hocque tamdiu continuari debet, donec patiens probè sudet, interim bibere haustum decocti sequentis vel similis aliquoties debet. ℞. salsæ parill. ℥iij. lign. sassaf. guajaci ana ℥iij. Cort. Gua-



Guaiac. rad. Chin. Cinam. sem. anis. ana ꝑß. passul. min. ꝑij.
lign. sant. citr. ꝑij, rad. liquirit. ꝑß. Aq. communis ꝑ. XVI.
Incis. & contul. M. f. l. a. DECOCTUM ad tertiæ partis con-
sumtionem. Locus affectus interim foveri indesinenter &
fricari debet fotu illo optimo, quem dedimus in paroxyfmi
cura §. 2. c. 7.

§. X I. Postquam ita per horam vel diutiùs, sive
quantum ferre potest, sudavit æger: nam ejusmodi homi-
num genus semper, quoniam delicatum est, immorigerum,
& durioris fortis impatiens est, quare omnia, quæ non
delicata, ut delicatulæ confectioes, condita, esculentaque
alia ac potulenta, linguæ sunt, his ægrotis dura videntur,
indeque non immeritò mollitiei & contumaciæ suæ pœ-
nas interdum luunt: Postquam, inquam, ita sudavit patiens,
parti affectæ imponatur cataplasma sequens vel simile. R.
farinæ rad. alth. fabar. lini ana ꝑij. herb. alth. melilot. cum
flor: ana mj. Lactis vel Urinæ sanæ q. s. m. & f. a. coque ad
consistentiam cataplasmatissiccioris, & adde Elixir. Vitæ
Magni D. Overkamp. ꝑß. Camph. ꝑij. Opii ꝑij. spir. Sal.
armon. ꝑj. Hoc tam calidum, quantum possibile est, impo-
natur.

§. X I I. Hisce medicamentis ritè applicatis, nec
unguentis nec emplastris opus erit; nihil enim aut parum
sanè ad rem facere possunt. Emplastra quippe nihil ferè
operantur, quàm quòd partem affectam ab impetu aëris
aliquo modo defendant. Unguenta similiter præter id,
quòd nullum commodum præstent, poros cutis obstruunt;
unde transpiratio insensibilis præpeditur. Nihilominus
tamen, ut quibusdam] satisfaciamus, Emplastra tria hîc
dabimus. Primum erit illud, quod dicitur E M P L A-
STRUM de S A P O N E, illud sic mutatum præscribimus. R.
ol. mucilaginum ꝑß. Saponis Veneti ꝑj. gum. ammon.
galban. opopan. sagap. ana ꝑij Cerae & resinæ q. s. m. co-
que ad consist. Emplastri, cui adde camph. ꝑj. croc. opii a-
na ꝑß.



na ℥℥. Salis armon. ℥ij. & m. exactissimè ut f. s. a. Emplastrum, quod malaxetur ol. ceræ q. s. Secundum vocamus TABACINUM. Hujus descriptionem etiam dedit Cl. Blancardus in sua praxi medic. nova pag. m. 455. quam similiter sic mutatam damus. ℞. Succ. Nicot. rec. expr. ℥j. picis navalis, ceræ â ℥℥. M. ac coq. ad humid. consumt. Dein adde olei Tabaci ℥jv. ol. Ceræ ℥j. Camph. ℥ij. M. f. Emplastrum. Tertium nobis dicetur E M P L A S T R U M D E C A M P H O R A, cujus descriptionem hanc damus: ℞. ol. oliv. vet. ℥i℥. Ceræ, resin. ana ℥℥. Thereb. Ven. ℥jv. Cerussæ, minij ana ℥ij. M. coq. ad consist: Emplastri, quando ferè refrixerit, adde Camph. conquass. ℥vj. M. optimè & f. Emplastrum, quod malax: oleo ceræ dest. quod etiam per se, vel camphoræ additum medicamentum clarum est in hoc casu.

§. X I I I. Emplastra jam descripta, si ingredientia examinamus, optima quidem sunt; Illis tamen, ut jam notavimus, quodcunque cataplasma ex farinis antea laudatis unà cum herbis & floribus emollientibus ex urina sana, lacte vel aqua coctum, additâ Camphorâ, croco, spir. salis armon: & similibus, palmam præripit. Oleum ex semine Tabaci, ceræ, spir. rosmar. vini camph. mira & quidem plura, quam omnia emplastra hîc faciunt. Tertiæ indicationi §. 2. hujus capituli satisfacimus; quod & his jam præscriptis fieri potest. Pergimus ergò ad symptomata, seu quartam indicationem. Tumor, rubor &c. præscriptis facilè cedunt, Tophi nunc restant,

§. X I I I I. Ubi in calcem degeneravit materia, rem desperatam omnes credunt, & rectè: Nam tot vasa corrosa non tam facilè iterum redintegrari possunt, præfertim quia à materia hâc calculosa vel gypsea firmiter adhærente vix & ne vix quidem liberari possunt. Interim tamen symptomata inde manantia valdè mitigari possunt, si hoc modo procedamus.

D

§. XV.



§. X V. Tophi, si non sponte aperiuntur, arte per sectionem aperiendi sunt. Aperti verò foveri debent fotu sequenti: ℞. rad. alth. aristol. rot. ana ℥j. herb. alth. nicot. ana Mj. Sem. sinap. ℥ij. M. coq. ex vino Gall. ad ℥xvj. Colat. adde spir. sal. armon. tartari ana ℥ij. Camph. ℥ss. M. Antequam verò fodus hic applicatur, calx omnis, quantum possibile, auferri debet. Fodus dein sæpè applicatur, & quantum fieri potest calidè. Vulnere satis foto, imponitur cataplasma sequens vel simile. ℞. farinae fabar. hord. ana ℥vj. rad. irid. gent. ana ℥j. herb. menth. cicut. abrot. ana Mjss. Melilot. Mj. M. Incisa & contusa coq. in urin. s. q. adde salis tartari, armon. ana ℥iiss, Camph. ℥j. panis bis-cocti q. s. Hujus portio imponitur vel nudo vulnere, vel intra duplicaturam duorum linteorum & quidem calidissimè. His & similibus tophis aliquo modo mederi possumus.

§. X V I. Febris, dictis ritè applicatis, spontè cessabit, nam omnia medicamenta, quæ arthriticis internè dantur, etiam febricitantibus conducunt. Sitis optimè sedatur decocto Thee, quod nihil minus facit, quàm quòd exsiccet, contra quàm judicat Exoticorù hostis infensissimus Et müllero sic dictus, Simon Pauli, in Quadripart. Botanico. Idem facit decoctum, quod §. 10. c. 7. dedimus, copiosè, sicut & decoctum Thee copiosè haustum. Appetitui dejecto medemur essent: Absynth. elix. propriet. P. essent. panis cum Vino malvat. Alvus si est adstricta, applicatur clyster ex lacte dulci & sale comm. paratus. Cætera, si quæ restant, Symptomata ex dictis facilè auferri possunt, quare nunc properamus ad

Caput



CAPVT OCTAVVM.

Quod Diætam præscribit.

§. I. **D**iætam breviter sic tradimus: Aër debet esse calidus, vel saltem temperatus. Cibi eupepti & boni succi, acidi verò & dyspepti vitari debent; Item visceri, fumo indurati, saccharo & aceto conditi, quos cane & angue pejus patientes odisse debent. Potus sit decoctum Thee, vel illud, quod §. IO. c. 7. dedimus. Cerevisiam quamcunque durante curâ vetamus, optima enim acidum continet in se. Vinum, præter Hispanicum, Gallicum & Rhenanum quoddam, sive non multum acidi continens & maturum quod interdum concedi potest, omne interdicimus. Curam, quæ mediante lactis usu fit, lege in Blancardi tr. de arthritide. Somnus & vigiliæ modum excedere non debent; Interim somnus potest esse longior, quàm aliàs. Motus & quies modum similiter excedere non debent, & curandum sedulo, ne retinenda excernantur & excernenda retineantur. Pathemata animi quod attinet; ira, mœror, tristitia, invidia & similia exulare debent; Econtra, quantum symptomata concedunt, lætus esse debet patiens.

§. II. His propositis, pedem hîc figimus, & disputationi finem imponimus, monentes L. B. ut quæ dicta hîc à nobis sunt, æqui bonique consulat. Potuisset quidem arthritidis descriptio integrum implere volumen, nos verò, ne disputationis limites excedamus, ita explicuimus hunc affectum, ac si solius podagræ aut Gonagræ cura nobis incumberet, scientes, curam facile mutari posse, si affectus aliam partem invadat. Multa hinc inde adhuc apponi potuissent, quia verò brevitati studebamus, ea, ut minus necessaria, & ex dictis facile colligenda, studio omisimus.

§. III. Animus quoque fuit, methodum dare, quâ



affectus hic per infusionem medicamentorum in venas curari posset: Medicamentorum præscriptiones & præparationes quoque quasdam dare voluimus; Sed animum mutavimus, & hæc nobis reservamus, aliquando experientiam hujus curæ sperantes certam à DEO OPT. MAX. cui laus, honor & gloria in secula seculorum!



Mantissa.

I.

Succi corporis nostri nunquam quantitate, sæpè verò qualitate peccant.

II.

Succi maximam corporis nostri partem constituunt.

III.

Et eorum consideratio solidarum partium major, magisque necessaria & utilis Medico.

IV.

Sanguis ex arteriis in venas fertur non nisi per fibras musculares, membranosas &c.

V.

Et de Anastomosibus inter venas & arterias doctrina falsa est.

VI.

Nec parenchyma in corpore datur, quo illud sensu tradunt quidam.

VII.

Totum namque corpus humanum innumerorum tubulorum



lorum succis repletorum congeries est, secundum
Clariss. BIDLOO & BONTEKOE.

VIII.

Et glandulae nihil sunt aliud, quam corpora ex plurimis extremitatibus arteriarum sibi invicem contortarum, conflata.

IX.

Chylus non nisi post longum tempus in sanguinem mutatur.

X.

Et cor, cum nihil aliud sit quam musculus, praeter alia nihil peculiare habens, neque sanguinis neque spirituum vitalium officina est.

XI.

Flammula vitalis & spiritus vitales sunt entia rationis.

XII.

Imò, quod multis absurdum videbitur, non dantur spiritus in toto corpore. Nervi enim succum, quamvis subtilissimum, non tamen nudam auram continent in se, Teste magno BONTEKOE.

XIII.

Quando enim musculus moveri debet, nervi ejus prius succo illo turgere debent, unde aliquo modo distensi, arterias adjacentes premunt, & sic musculus antagonista brevior evadens motum facit.

XIV.

Sanguis in aestu febrili corporis tam calidus non est, quam in statu sanitatis.

D 3

XV.



X V.

Et una saltem datur febris, quæ multos habet gradus, quorum supremus dicitur pestis, primus verò Ephemera.

X V I.

Febres per turbatam sanguinis mixtionem explicare, planè non sufficit.

X V I I.

Nullus morbus veriùs, quàm per motum materiae subtilissimæ in particulas agentem explicari potest.

X I I X.

Lapides cancrorum falsò oculi dicuntur, quia non in oculis, sed ventriculis gannarorum inveniuntur.

X I X.

Vis cordialis, perlis, ossibus ex cordibus cervorum & similibus malè adscribitur.

X X.

Specificorum doctrina vana est.

X X I.

Sanguis ex cordis ventriculis non guttatim, sed ad uncias duas in arteriam magnam exprimitur.

X X I I.


Ex hoc patet ergò, circuitum sanguinis singulis horis decies & ter absolvi, in iis, qui sanguinis libras 25. possident.

X X I I I.

Rarò enim homo adultus sanus minorè copiam possidet.

X X I V.

Præter semen illud, quod in testiculis secernitur, aliud nullum datur.





N scandit cathedram SEIBELIUS, ut
diadema

Auferat: Ut Phœbus TEMPORA DOCTA
colat!

Sic tranquilla quies sequitur cùm parta lobore!

Post pugnam, curas, præmia Apollo probat.

Gratulor ex animo: Tantos TIBI grator honores:

Apprecor, ut patriæ commoda multa ferant.

Hiscæ paucis per Eximio atque Doctissimo
DNO SFIBELIO Fautori ac
Amico suavissimo pro Licentia
summos in ARTE APOLLINEA
capeffendi Honores, cathedram
occupanti, acclamare voluit tritum
illud

FELICITER!

HENRICUS MAJUS. D.

CELSISS. CATTORUM PRINCIPIS
ARCHIATER & MED. PROFESSOR
PRIMARIUS.



*Clarissime, Pereximie & Doctissime Domine
Candidate.*

QUOD olim SENECA lib. 7. c. 25. Nat. Quest. de
Cometarum phænomenis sollicitus ita prædixit:
*Veniet tempus, quo ista, quæ nunc latent, in lucem dies
extrahat, & longioris ævi diligentia. Et paulò post:
Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur.*

Id si



Id, si scientiæ nostræ Medicæ applicemus, nostro seculo impletum est. Majores enim nostri cum vera Magni HIPPOCRATIS COI principia de saporibus *lib. de prisca Med.* posita ulterius excolere & *aliquid veritati conferre* secundum Senecæ *lib. 7. c. 26. N. Q.* monitum debuissent, claros potius & limpidos Hippocraticæ Medicinæ fontes Duce Humoristarum Antesignano GALENO, *qualitatum inutilium, temperamentorum, elementorum facultatum, quatuor humorum* impuris lacunis & chimæricis figmentis sic turbârunt & obscurârunt, ut Nobilissima SCIENTIA fatale detrimentum ac decrementum inde per tot secula ad nostrum usque passa sit: Quò tandem discussis feliciter tenebris veritas principiorum Hippocraticorum indefessâ Magni des CARTES operâ in lucem rursus extracta & Oculatissimorum Anatomicorum experimentis, præsertim HARVÆI de *Circulatione sanguinis*, qui immortalem inde sibi gloriam peperit, confirmata est. Unde non tam mirum est, Medicinam superioribus seculis ob ignorantiam verorum principiorum sine incremento stetisse, quàm nostri seculi Doctores Medicos ex neglectu certissimi principii Harvæani de *Circulatione sanguinis* istis figmentis *Natura, Spirituum, temperamentorum &c* mentē suam ita excæcari passos esse, ut non perspicerent, hoc principium solum veritati Hippocraticæ & Cartesianæ junctum abundè sufficiens esse explicandis omnibus morborum phænomenis. Hæc felicitas verò & gloria cum aliis non contigerit, soli maximi Nominis Medico, D. CORNELIO à BONT E K O E reservata est, qui vera illa principia secutus, humani corporis machinam ex tubulis totam conflam esse, per quos succi continenter fluunt, ac proinde à succorum fluxu magis minusve impedito omnes morbos eorumque, symptomata dependere non solum docuit, sed etiam planam facilemque paravit methodum gravissimis quibuscunque affectibus citò, tutò ac jucundè medendi. TU, ergò *Clarissime Dn.* CANDIDATE, qui Magni BONT E K O E
scripta



Scripta manu versâsti diurnâ, versâsti nocturnâ, ut exEjus prin-
cipiis disputatione hâc Inaugurali doctè elaboratâ ARTHRITI-
DIS, affectus illius Herculei, veram explicationem & curatio-
nem dederis, partem illius gloriæ jure TIBI vindicas. Bene-
dicat D. O. M. Honoribus Doctoralibus, ad quos nunc ad-
spiras, faxitque, ut Magnum BONTEKOE porrò ita
mireris, quò tandem Ejus in praxi Medica felicitatem in
ægotantis proximi solatium, tuumque emolumentum &
Familiaæ tuæ splendidae majorem splendorem, ex asse asse-
quaris, & ab omni fato infausto immunis vivas. Sic ex a-
nimo prolixè gratulabundo precatur

Rintelii d. 16. Nov. 1693.

PRÆSES.




A R T H R I T I S quàm triste malum! violenta per
artus
Serpit, & obsessis itque, reditque viis.
M E N T A G R A, si mentum, vexet si crura P O D A G R A
Dicitur, at genibus fixa, G O N A G R A cluit;
I S C H I A S in lumbis, manuum captura C H I R A G R A est,
O quot nominibus perniciosa lues!
Quid de R A C H Y S A G R A, P E C H Y A G R A Q U E, ET T R A C H E-
L A G R A ?

G R Æ C U L A quàm toto corpore flamma furit?
Morbus nodosus, lentus, tardusque, pigerque,
Vix unquam medicâ tollitur arte malum.
T U tamen id tentas, gratum est tentamen id ægris,
Spes oblata diu, sæpe caduca fuit.
Ergo age, maeste animo, scrutare M A C H A O N I S artes,
Prome sales, capiet T A R T A R U S ipse fugam;
T A R T A R A T A R T A R E O S pellent medicamina morbos,
Cùm bibet optatam tetricus æger opem.

E

Sed



Sed quis, SEIBELI, PALATINAM ARTHRITIDA curat?
 TINCTURAM MARTIS corripe, mitte SALE S.
 HEIDELBERGA jacet funestâ ARTHRITITE vinctâ,
 Et caput, & patriæ cœtera membra jacent:
 Aude ergò, votisque Deos, PALATINE, fatiga,
 Incubet ARTHRITIS, Galle proterve, tibi,
 Stet MENTUM IMMOTUM, rictu findantur inani
 Fauces, jejuno sæviat ore fames:
 Languida dextra tibi digitis tendatur aduncis
 Nec queat oblatos carpere pigra cibos:
 Stent cum crure pedes, GALLORUM sede moveri
 Indociles, nodos stringe PODAGRA tuos:
 MENTAGRA dira furat, morborum examina vexent,
 NON TIBI TUM SALIET MENTULA, GALLE,
 SALAX.

Hisce amorem in Clariss. ac per Eximium
 Dn. Candidat. doctrina, morumque
 honestate apprime excultum gratu-
 labundus testari voluit


HENR. VAGEDES, Histor.
 atque Orat. P.P. ac Collegii Wil-
 helmiani Ephorus.



Corporis innumeros tentas curare dolores:
 Felix qui studuit, pellere mente malum.

Sic Filio suo dilecto pro LICENTIA di-
 sputaturo accinere voluit

JOHANNES JEREMIAS
 SEIBELIUS, ECCLESIASTES
 ANSGARIANUS IN URBE
 BREMENSI.



A Rthritidis species podagram chiragramque resolvens
 SEIBELI merito præmia digna capis.
 Ex animo gratans igitur, quo Numen, Amice,
 Ægris solamen Te velit esse, precor.

Paucis hisce erga Nobiliss. atque
 Doctiss. Dn. Candidatum verum
 suum amorem testari voluit

JOH. REINH. SIMMERUS,
 Medic. Licentiatus.



D Um patrem solers animarum cura fatigat,
 Corporis, en, Medicus filius esse studet.
 SEIBELIIS latè succedat ut utraque cura,
 Quælibet à Summo Numine fausta precor.

His paucis Commensali ac amico
 suo suavissimo gratulari volu-
 it ac debuit

JOHANNES STEYMAN,
 S. S. Theol. Stud.



U T superi cunctis auræ mortalis alumnis
 Vendere solerti quæque labore solent :
 Sic quoque, SEIBELI, Studiis, quæ Tu coluisti
 SUDORE, INGENIO, præmia digna legis;
 E 2 Dum



Dum meritò MEDICAS TE Phœbus honestat ob artes
 Atque coronâ ornat, purpureâque mitrâ.
 Gratulor ergo TIBI; fundens pia vota precesque
 Ad Summum Numen, vivere TE ut faciat
 Præclarum stirpis vestræ decus atque levamen,
 Tabificus quorum corpora languor habet.

Sic absens Nobilissimo Dn. Candi-
 dato, Amico suo fraterno
 amore prosequendo congra-
 tulatum approperabat.

CHRISTOPHORUS THORE-
 NIUS, S. S. Th. St. Hombergâ
 Hassus



Sicut magnanimus tandem post prælia sæva,
 Nec non præterlapsa pericula mortis alumnus,
 Præmia præclaræ palmæ laudisque reportat,
 Sic etiam auxilio solertis dexteritatis,
 Nec non sudoris nimii studiique laboris
 Præmia, TU tandem, meriti laudisque coronam,
 SEIBELI, pretiosam Doctoralis honoris,
 Nec non supremum obtinuisti culmen honoris.
 Hæcce igitur mecum perpendens, hinc quoque flamma
 Fraternali, me cogit, amoris, quo bona verba:
 Gratulor ergo novo TIBI de virtutis honore
 Omnipotens cæli Rector Tua cœpta secundet:
 Ergò vive diu, MI FRATER, gloria magna.

Sic



Sis Patriæ, charæ lumen columnen generisque,
Solamen miseris agris, spes viva parentum.

Huncce secundum exilem ingenii ve-
nam contextum sermonem li-
gatum in PerEximii ac præ-
stantissimi Dn. Candidati, A-
mici sui singularissimi honorem
adjicere voluit, debuit

B. G. KERSTINGIUS. S.S.
Th. St. B.H.



Leichwie ein Acker mann / der guten Samen streuet
Auff wolgedüngtes Land / noch endlich wird erfreuet
Mit angenehmer Frucht / wann Er zur Erndte Zeit
Die Garben samlet ein / im Felde weit und breit.
Also **MEIN WEHRER FREUND!** wird Er auch
noch empfangen
(Zu Lohn ein Danck-Geschenck) weil er stets nachgegangen
Der edlen **MUSEN-SCHAAR.** Er wird nach vie-
lem Schweiß
Den Er ertragen hat / einerndten Ruhm und Preis:
Dann heute auff sein Haupt man setzen wil die Krone /
Die Ihm Apollo reicht / als seinem lieben Sohne /
Wie Er wohl hat verdient durch stetigs fleißig seyn /
Und durch der Tugend werck / die Ihm behagt allein.
Ich wünsche nun viel Glücks zu diesen neuen Ehren /
Daß auch der Höchste Gott mög seinen Ruhm vermehren /
Und lencken seinen Sinn / damit die edle Kunst
Darin Er sich geübt / Ihm bringe Lieb und Gunst.



So leb' Er dann/ **MEIN FREUND**/hinfort im Wolers
gehen/

Daß Er nach langer Zeit des Nestors Jahre sehen/
Und friedlich bleiben mög'/ von aller Noht befreyt/
Bis er des Lebens satt/ verlang' die Ewigkeit.

Zu Bezeugung treuer Liebe und Freundschaft
gegen den Herrn Candidaten, setze dieses geringfügige

J. D. Majus. Med. Stud.
& Opponens




Ingenio & sudore queant quod cuncta parari,
Exemplum es nobis frater amande bonum.
Ergò tuos meritò magnos tibi grator honores,
Quos studia & artes promeruere tibi:


Ita in symbolum fratris sui perdilecti
alludere voluit

JEREMIAS SEIBELIUS,
Ph. St.

F I N I S.

Errata graviora L. B. sic corrigere dignetur.
Pag. 1. lin. 7. lege causa adeò. P. 6. l. 19. l. cinericia. P. 7.
l. 6. leg. crapulae. P. 9. l. 23. l. illi. P. 10. l. 30. l. trademus
P. 16. l. 16. l. solùm.





AB: 155451


ULB Halle 3
003 487 253



sb.

VD 77







19
Disputatio **MEDICA** *Inauguralis*
DE
ARTHRITIDE
FIXA

QUAM
Benigno DEO Benigniter annuente
CONSENSU & AUTHORITY EXCELLENTISSIMI
& GRATIOSISSIMI MEDICORUM
IN INGLYTA HAC ERNESTINA ORDINIS,
Sub PRÆSIDIO

VI R I Nobilissimi, Excellentissimi atque Experientissimi
DN. JOHAN. GERHARDI
WINTHER,

Philosoph. & Medicinæ Doctoris, Hujus, ut & Physices
Professoris Ordinarii longè Celeberrimi, p.t. Facultatis
Medicæ DECANI Spectatissimi,
Dn. Præceptoris, Patroni ac Promotoris sui atatem Venerandi,

Pro LICENTIA,
SUMMOS IN MEDICINA HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA ritè consequendi
Publico & Solenni MAGNIFICI SENATUS ACADEMICI &
aliorum Eruditorum Examine subicit

In AUDITORIO MAJORI, horis ante & pomeridianis
Ad diem 16. Novembris, 1693.
JOHANNES WILHELMUS SEIBELIUS,
Lambshemio Palatinus.

RINTELII, Typis GODOFREDI CASPARI WÄCHTERI, Acad. Typ.